

## 17. INSCRIPTIONES MINISTRORVM MERCVRII MAIAE, POSTEA AVGVSTI.

Augusto et vivo et mortuo colendo dicati fuerunt Pompeiis ministri sive servi sive libertini quotannis creati quaterni; minor numerus si qui invenitur inde explicandus est, quod non semper coniuncti donaria posuerunt (v. n. 885. 886 et n. 907. 908). Tituli eorum, qui quidem certae aetatis sint, perveniunt ab a. u. c. 729 ad a. 40 p. Chr., id est quatenus duravit gens Iulia; ei extinctae utrum ministerium superfuerit, nescimus. Hoc satis constat aedem, in qua ministrorum eorum donaria exposita fuerunt, aliquanto ante a. 79 periisse, puto tefrae motu a. 63; nam donariorum tituli, quatenus de loco constat, omnes inventi sunt loco pristino deiecti et dispersi et in opere positi. *Ministri* dicuntur nude in titulo omnium antiquissimo n. 884, deinde *ministri Mercurii Maiae* in titulis a. 740 (n. 885. 886) et anni incerti n. 887, item *ministri Augusti Mercurii Maiae* in titulo anni incerti n. 888, deinceps, certe ab a. 752 *ministri Augusti*. Similiter Nolae ipso Augusto imperante inveniuntur *magistri Mercuriales et Augustales* (n. 1272; cuius aetatem dativus *Augustalei* aliquatenus determinat), aetate posteriore soliti Augustales. — Adieci in fine fragmenta incerta ea, quae ad hoc genus pertinere viderentur, quamquam etiam ministrorum Fortunae Augustae et pagi Augusti tituli similes reperiuntur.

Hi tituli quatenus integri ad nos pervenerunt omnes positi sunt iussu cum duovirum iure dicundo tum duorum magistratum, quorum mentio non fit nisi in his titulis solis addito n. 803, qui quo pertinuerit ignoratur, denique in programmatis, ut eos ad hunc ipsum cultum quodammodo pertinere conicias. Inveniuntur autem appellati varie sic:

IIviri v. a. s. p. p. 803. 885. 886. 890. 891. 896. 897. 899.  
900. 901. 905, item in programmatis IV, 456.  
1004. 1918.

viri v. a. s. p. proc. 904.

v. a. s. p. p. 895.

aediles v. a. s. p. p. in programmatis plerisque (vol. IV p. 9. 249)  
ut mittam programmata parum certa vel certo corrupta, de quibus exposuit Zangemeister l. c. Parum probabiliter Avellinius (opusc. 2, 227) hos magistratus eosdem esse iudicavit atque aediles nude (v. p. 93); immo crediderim collato *aedili Augustali* Neapolitanorum curatores hos fuisse ludorum aliorumque sollemnum in honorem domus Augustae instituto-

rum, qui pari iure duoviri et aediles nuncuparentur vel etiam utraque appellatione abstinerent. Extant sane programmata non pauca, in quibus iidem viri ad aedilitatem modo nude, modo cum additamento illo commendantur; at certe quo tempore comitia instabant cives non ignorabant de quo magistratu ageretur, potuitque propterea ut in duoviratu, ita in aedilitate determinatio tuto omitti. Aliter iudicandum esset, si aediles hi passim cum duoviris iure dicundo in programmatis coniungerentur; at id semel tantum (IV, 222) fieri neque propterea quidquam probare Zangemeister prudenter monuit. De ipsa notarum interpretatione non liquet; Avellinius quam proposuit coniecturam applicitam ad locum Ciceronis de leg. 3, 3, 7 *urbi (viis [Henzen ad n. 6968] annonae sollemnibus publice procurandis*, ea ut acuta, ita temeraria est; quod ego olim proposui *votis Augustalibus sacris publicis procurandis*, id exempli causa posui. — Indicem magistratum horum subieci:

C. Adius	p. Chr. 40	904	
L. Albucius Celsus	p. Chr. 34	901. 902	
P. Caesetius Postumus	u. c. 751/2	890	- 280.
L. Eumachius Fuscus	p. Chr. 32	899. 900	
M. Fulvinius Silvanus	p. Chr. 26	896	
N. Herennius Verus	p. Chr. 32	899. 900	
L. Licinius	p. Chr. 40	904	
Cn. Lucretius Decens	p. Chr. 23	895	
D. Lucretius Valens	p. Chr. 34	901. 902	
C. Mammius L. f.		803. 804	
C. Naevius M. f.		803. 804	
M. Ninnius M. f. Pollio	u. c. 740	885. 886 = 14 B.C.	
L. Obellius Lucretianus	p. Chr. 1/2	884. 891	
N. Paccius N. f. Chilo	u. c. 740	885. 886	
A. Perennius Merulinus	p. Chr. 1/2	891	
Q. Pompeius Macula	p. Chr. 26	896	
Seius Flaccus	p. Chr. 14	894	
N. Tintirius Rufus	u. c. 751/2	890	
C. Vergilius Salinator	p. Chr. 23	895	
. . . . . nus		905	

884 [= 2256] rep. Pompeiis in basilica MAZOIS.

Extat Neapoli in museo.

P · S T A L L I V S · A G A T H O  
M I N I S T E R · D · D  
I M P · C A E S A R E · I X u. c. 729  
// M · S I L A N O · C O S  
5 n o V A T V M · P · A L F E N O p. C. 2  
P · V I N I C I O C O S I a n . — I u n .  
I V S S V  
M · P O M P O N I · M A R C E L L I  
L · V A L E R I · F L A C C I · D · V · I · D  
10 L · O B E L L I · L V C R E T I A N I  
a. perenni merulini  
d. u. u. a. s. p. p.

Descripsi et recognovi. Mazois III p. 41; Guarini comm. VI ed. 2 p. 8. 88, fast. ed. 4 p. 85; Avellino op. 2, 189, inser. mus. Borb. p. 4 n. 9; Fiorelli cat. n. 1210.

Suppletur ex n. 891, ubi redeunt magistratus quattuor.

885 [= 2257] Neapoli inter Pompeiana in museo.

m. s I T T I V S · M · L  
P A P I A  
m E R C · M A I A E  
s A C R V M · E X · D · D  
5 I V S S V  
M · M E L S O N I · A · F · I T E R  
P · R O G I · P · F · V A R I  
D · V · I · D  
N · P A C C I · N · F · C H I L O N I S  
10 M · N I N N I · M · F · P O L L I O N  
d V · V · A · S · P · P  
m. crasso · C N · L E N T V L O u. c. 740  
cos

Descripsi et recognovi. Guarini comm. VI ed. 2 p. 57. 89, fast. ed. 4 p. 68; Avellino opusc. 2, 191, inser. mus. Borb. p. 6 n. 10; Fiorelli cat. n. 1217.

886 [= 2258] Neapoli inter Pompeiana in museo.

M · S I T T I V S · M · L  
S E R A P A  
M E R C · M A I A E  
S A C R V M · E X · D · D  
5 I V S S V  
P · R O G I · P · F · V A R I  
M · M E L S O N I · A · F · I T E R  
D · V · I · D  
N · P A C C I · N · F · C H I L O N I S  
10 M · N I N N I · M · F · P O L L I O N  
D · V · V · A · S · P · P  
M · C R A S S O · C N · L E N T V L O u. c. 740  
cos

Descripsi et recognovi. Guarini comm. VI ed. 2 p. 55, fast. ed. 4 p. 69; Avellino op. 2, 192, inser. mus. Borb. p. 7 n. 11; Fiorelli cat. n. 1218. Henzen 7137.

887 [= 2259] Pompeiis rep. ad latus orientale templi Iovis ad forum ACTA 1 Aug. 1818 [ed. 1, 3, 209]. Est Neapoli in museo.

I I O · S I T T I · M · S ·  
S · S O R N · T · S  
A · V O L V S I · T · S ·  
m i n i s t r i M E R C · M A I  
5 s A C R · I V S S V  
I I · C E L E R I S

Descripsi et recognovi. Guarini comm. VI ed. 2 p. 59, fast. ed. 4 p. 101; Avellino op. 2, 215, inser. mus. Borb. p. 20 n. 33; Fiorelli cat. n. 1219.

Supra titulus videtur integer esse.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopo.

SEX · ATTI · L · F · MEN  
EX · TESTAMENTO

ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · ER · TIS  
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAS

Recognovi descriptam  
a. 1877 a Stevensonio.  
Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopo c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis  
equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI  
INNOCENTISSIMAE  
FEMINAE · BATINIVS  
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

Recognovi descriptam a  
Stevensonio. Misit item  
Barnabeus. Ediderunt  
Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1878  
p. 239 et denuo 1879  
p. 26 et Rossius *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 119.

in arca:  
puer vas ansa- puer  
personam tum cum personam  
sustinens pomis et sustinens  
frondibus

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE  
Q · VIX ANN LVIII M XI D XV  
CORNELIVS CARPOPHORIAN  
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA  
RVFO · LICINIA · VX  
VIRO · SVO · BENE · ME  
ET · SIBI · VIVA · FECIT  
5 HOC · MONVMENTVM  
SEPVLCRVM · H · N · S

Minervinius misit accep-  
tam a syndico Casolensi  
Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.

N I A E S  
T a A N N I  
D I E B a X  
I A H

R  
F M

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 26. Misit item Bar-  
nabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/////// CIVN //  
/////// IIIII //  
5 . 4 // IVS / O // E  
/////// AI //

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES  
ASELIES QYE VIX  
IT ANNVS TRES  
FFLL VINCENTIO  
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401  
CONSS

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 208 (inde Rossi *Bull.*  
*cris.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN N O M I N E X H I M  
O P P I O P A V L O · D V L  
C I S S I M O · F I L I O · Q V I  
V I X I T · A N · V · M · X I · D · I I  
5 D E P O S · V I I I · I D V S · M A I A S  
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. cris.* 1879 p. 120.

1 in nomine Christi *Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanum n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE  
PVELLHE columba X  
an NVOS SEX cum ramo  
olivae

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. *mus. Rhen.* 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiusse facta eius autumnii vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 (*‘piedra viva’* Acta). 1015 (*‘piedra viva’* Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmoris n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075.